



**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. IV. Corollaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

interpretativè velit illud amittere, in quo subiectio ad DEUM, ejusque amicitia consistit, etiam implicitè & in confuso cognoscit amissionem gratiæ sanctificantis, quæ sub genericæ ratione restitudinis & amicitiæ cum DEO continetur.

§. IV.

Corollaria.

9. Colliges ex dictis primò. Causam cur plures maculae peccatorum sint in homine sæpius peccante mortaliter, quamvis per primum peccatum mortale totius gratiæ privatio sit introducta, esse ipsam connotationem ad novam causam novi videlicet peccati mortalis. Ita S. D. in 4, d. 18. q. 1. ad 2. quæsiunc. 1. ad 1. Quamvis quantum ad ipsam privationem gratiæ non differant maculae peccatorum, differunt tamen quantum ad causam, ex quâ macula consequitur, & secundum hoc etiam quodlibet peccatum unam maculam addit, in quantum novum obstatulum gratiæ ponit. Ita S. D.

10. Colliges secundò. Posse peccata habitualia per absolutam DEI potentiam remitti absque ullo actu proprio peccatoris, per solam infusionem

gratiæ sanctificantis: quia quævis privatio potest destrui per formam oppositam; sed peccata habitualia formaliter consistunt in privatione gratiæ sanctificantis: ergo si DEUS infinitat gratiam sanctificantem [quod potest per absolvitam potentiam independenter à dispositione peccatoris] tanquam formam oppositam, eo pro destruit peccata habitualia, & consequenter mittentur peccata.

Colliges tertio. Nullum peccatum remittit posse etiam per absolutam potentiam falem in hoc statu [nam quid in statu puræ naturæ, dicitur in Tract. de Gratia] per solam condonationem extrinsecam: neque enim privatio tolli potest, nisi per formam oppositam: sed falem in hoc statu naturæ elevata in finem supernaturalem peccatum habitualis formaliter constituti in privatione gratiæ sanctificantis: ergo non nisi per gratiæ infusionem remitti potest.

Colliges quartò. Peccati maculam reducuntur per pertinere ad speciem peccati actualis; atq[ue] causatur: quia in esse moris & secundum rationem voluntarii dependet à peccato præsumto, tanquam causa sua morali; ergo exinde etiam accipit speciem & distinctionem in esse moris.

DISPUTATIO XXIV.

DE
Reatu poenæ. ad q. 87.

Primo effectui peccati actualis physico-morali, qui est macula peccati, subneditur alter effectus purè moralis & demeritorius, qui est reatus poenæ: unde tam de reatu, quam de poena ipsa hoc loco disputamus.

ARTICULUS I.
Quid sit reatus poenæ?

SUMMARIA.

1. Quid significetur nomine poenæ?
2. Alius reatus culpe, aliis poenæ.
3. Plura concurrentia ad reatum poenæ.
4. Reatus poenæ est effectus culpa.
5. Inchoativè consitit in condignitate ad poenam,
6. Individuè à macula peccati.
7. Complexis etiam in passiva obligatione ad poenam.

§. I.

Pronotanda.

1. Notandum primò. Quamvis in latiori sensu quæcumque animi, aut corporis molestia etiam in exercitationem humilitatis, patientiæ, &c. immisla poena soleant appellari; propriè tamen hoc loco nomen poenæ significare aliquod incommodum hominis naturali inclinationi contrarium, & in culpa vindictam inflatum, adeò ut poena nunquam sit sine connotatione essentiali ad culpam præsuppositam, ratione cuius infligitur.

2. Notandum secundò. Reatum distinguiri in

reatum culpa, sed poena sermo est. Notandum tertio. In reatu poenæ, qui exinde dicitur, quod alius est reus poenæ perfectus, tria concurrere. Primum est ipsa peccatoris condignitas & proportio ad penam ratione culpa contractæ subeundam: nam, sicut quicunque actum meritorium, eo ipso dignus est premio, ita, qui fecit malum, eo ipso est dignus pena, seu reus poenæ. Alterum est actua obligatio, seu extrinseca ordinatio peccantis ad poenam subeundam facta ab eo, cui jus est leges poenales ferendi, & exequendi. Tertium est passiva obligatio, seu denominatio extrinseca, ab illa extrinseca & activa ordinatione proveniens, per

qua